



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Vnde Pilato in Christum potestas?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

ipsum habet verbi Syriaci significatio. Ita in Chaldæo Genes. 49. Psal. 5. Ierem. 14. Prouerb. 11. Malo tamen vocari Sabbathum annunciationis, vel quod Iudæorum Principes nunciaverunt Pilato de eo quod Dominus se resurrecturum prædixisset, & vt sepulchrum custodiret, quæ res sine dubio notissima per urbem fuit, & timoris signum, quo Pharisei vrebantur: vel potius, quod festum paschatis à Sabbathi vesperâ, vt cætera omnia ordiatur illa Ecclesia, ideo tum resurrectio, vt in nostris Ecclesiis annuncietur.

V. 1. **G**RÆCUS ἑλαβεν habet, & Latinus, apprehendit, sed in Syro omittitur. Reliqua de flagellatione dicta sunt in Matthæo.

V. 7. Filium Dei se dicere graue erat, sed totiam signis se filium Dei probarat, vt occasio calumniæ nulla esset. Constabat id ipsum ex Prophetis, ex Psalms. Psal. 2. 7. & 105. 3. & 44. 7. Isaia. 9. 6. Non igitur lex obstabat vlla Christo Domino, in Græco & Syro additur ἡ αὐτῶν. secundum legem nostram. Pe se quoniam Christum Iudæi, quia filium Dei se dixit, & Messiam, eo modo quo nunc se statim persequuntur vicarium Christi, quem infamant, quasi Antichristum.

Pontificem sectarij persequantur.

V. 8. Recte Calvinus. [Exemplum hoc imprimis notatum dignum est, cum tam deformis esset Christi conspectus, simul tamen ac Dei nomen audit Pilatus, cum inuasis timor, ne diuinum numen in homine plus quam abiecto, & contempto violer. Sit tantum in homine profano valuit Dei reuerentia, nonnetter reprobos esse oportet, qui hodie de rebus diuinis, per luum & siccum secare, & absq; vilo metu iudicant.] Verè omnino ac grauitè. Sensus enim reprobis est, sibi tribuere soliterum diuinarum cognitionem, spiritusque sancti instinctum: toti vetustati denegare. Ideo dico in sensum reprobis coniectos esse, quos in tractanda Scripturæ doctrina, non magis afficit Dei maiestas, quam si de vmbra a fini esset disputatio. Sentiet tamen olim in suum exitium, quam venerandum sit Dei nomen: cui hodie tam contempnim, imo contumeliosè illudunt. Dicitur horrendum est, quam superbe, ac ferociter à Calvinistis damnetur clara & testata veritas, & innoxius sanguis fundatur. Vnde obsecro tam ebrius stupor, nisi quia in mentem illis non venit, quæquam sibi negotii esse cum Deo? Clara veritas est Hoc est, corpus meum, testata est scriptis Apostolorum, consensu quindecim sæculorum, sanguine martyrum. Illi dati in reprobis sensum diuinam maiestatem falsi arguunt: figuram pro veritate inducunt.

Deum hereticis contemnunt.

V. 9. Non dat Pilato responsam? Nam sat erat innocentia eius cognita, nec Pilatus erat capax erat, aut vilo modo dignus qui acciperet de diuinitate Christi doctrinam. Noluist autem tanquam scitius Deus, de Iouis aut Martis adulterio natus videri: quæ omnia facilius homini fabulis dementa: o in mentem venirent, quam mysterium incarnationis, aut sanctissimæ Trinitatis.

Car nonne responde Pilato?

VERSUS II.

Respondit Jesus: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset de super. Propterea qui me tradidit tibi, manus peccatum habet.

QVÆSTIO I.

Vnde Pilato in Christum potestas?

Pilatus tanquam Christi silentio contemptus, mox vni potestatis intentat, sibi in eum ius vite & necis esse. Proinde se non contumaci taciturnitati Conzen in Euang. Tom. II.

nitare irritandū, sed blandis precib. ambiendū: miratur autem reum, non supplicem, non metuentem sui iudicis iram. Nec tamen ita agrè silentium tulit, vt animus Christi seruandi deposuerit: Christus illum admonet; Nullam habere eum potestatem nisi è cælo datam. quâ ille quidem abutatur, sed maius tamen peccatum apud eos residere, qui inuidiâ atq; odio ad peccatum pertrahant. Syrus addit: **פרה** pra te, vel quam tu.

§. 2. Potestas Pilato ordinaria & magistratus à Deo constituente datus erat, etsi eius forte initia tyrannica fuerant. Fuit & alia potestas à Deo permittente, quam potentia sua abusus in exitium innocentium conuertebat. Quæ potestas multis conceditur regi-bus & Tyrannis: quæ omnino est infelix potestas, & hoc efficit, vt potentes potenter tormenta patiantur. Talem Principum potestatem fideles quocumque experiuntur, quâ bonis, fama, vita spoliuntur. Cyprianus pag. 270. Potestas vero dupliciter aduersus nos datur, vel in penam cum delinquimus, vel ad gloriam cum probamur: sicuti de Iob factum videmus, manifestante Deo, & dicente: Ecce omnia quæ habeo in manus tuas do, tantum ipsum ne tangas. Et Dominus in Euangelio, tempore passionis loquitur ad Pilatum. Nullam haberes aduersus me potestatem nisi data tibi esset de super.

Potestas duplex.

Augustinus l. 2. 1. ad simplicianū. Eodem modo de potestatibus aduersum bonos, vel pro bonis disputat.

§. 3. Non possunt tamen pro sua libidine, & furore illam exercere potestatem impii, sed eos Deus frenat, coercet, alia permittendo, alia inhibendo peruenire eo sinit, quod suam gloriam facit. Nam & malorum peccata in Dei sunt potestate. Pulchre de hac disputat Prosper dubio 7. ad excerpta Genuesium. Subnexuisti p. 144. etiam, quod post multa differens, ait: Est ergo in malorum potestate peccare: vt autem peccando hoc vel illa malitia faciant, non est in eorum potestate, sed Dei, diuidentis tenebras, & ordinantis eas, vt hinc etiam, quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei.

Potestas impiorum à Deo cohibetur.

Hoc in hunc modum Prosper interpretatur. Male enim velle facillimum est malis; & eorum damnabilem voluntatem, non dubium est, à Dei voluntate concludi, vt effectum cupiditatis sua, nisi ille permiserit, habere non possit. Vti nat malorum autem sapientiam, & iustitiam Dei, etiam malorum operibus, per a ad bona ex ipso: um prodeunt appetit, ad implenda consilia, & iudicia sua, nullus vel tenuiter secundum pietatem docius, ignorat: Qui videt Dei Patris optimam voluntatem, non parcentis filio suo, sed pro nobis omnibus tradentis eum, pessima traditorum Iudæ, & Iudæorum voluntate completam. Probat hoc ex hoc loco. & addit. Tantum progredi sinens malitiam nocere cupientium, quantum eam sanctis suis vel castigandis nouit vtilem, vel probandis.

Atque hinc tyrannorum insiniam semper martyrum fortitudo contempnit, & quamuis illos sine causa non irritarent, nunquam tamen illis supplices facti sunt, toti enim, à diuinâ providentiâ pendebant, cuius absque nutu sciebant capillos capitis, omnes numeratos, nec vniuerso dæmonum regno in se minimam esse potestatem, nisi quam optimus Pater permisisset.

Versus 13. **Αὐτοῦ** Syriacè vocatur **אנתו** **אנתו** pauimentum lapideum.

Cabbata à **קבב** quod ex cælis significat. Alit à **קבב** quod

quod est pauire. Syriace est כרדא quod loriam, peribolum significat.

V. 17. Baiulans sibi crucem, *καρπὸν αὐτοῦ*, noster legit *αὐτοῦ*.

De Golgatha apud Mattheum dictum est.

V. 19. Titulum Syrus vocat, *כרדא* luchia, tabulam.

V. 24. Cuius sit. Græcus *ἑστὴ* Plal. 21. 19.

## QVÆSTIO II.

*Quid tunica inconsutilis?*

§. 1. **D**E eâ etiam abunde alibi dictum. Cyprianus, Alexander, Athanas. Ecclesiam dixerunt. De unitate Ecclesie Cyprianus p. 254. Hoc unitatis sacramentum, hoc vinculi cœcordiæ inseparabiliter coherentis ostenditur; quando in Evangelio tunica Domini Iesu Christi non diuiditur omnino, nec scinditur. Sed forticibus de veste Christi, quis ipsa potius indueret, integra vestis accipitur, & incorrupta atque in diuidua tunica possidetur. Et. Unitatem illa portabat de superiore parte veniente.

Augustinus eodem modo. Caluinus affingit nos Ecclesiam fingere sine Scriptura, cum non modo cum Scriptura, sed etiam cum sensu, & interpretatione Scripturæ vera, eam formemus.

## VERSUS 21.

*Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.*

## VERSUS 27.

*Quomodo Ioannes recepit matrem Domini in sua?*

§. 1. **C**Aluinus Apostolos suas habuisse familias contendit; nam dicitur *eis tradidit*. Syrus dicit: *Ad se*. Constat id falsum fuisse; nam *tradidit*, Ierosolymis Ioannes non habebat, ea significatione, quam solam probat Caluinus. Sed erat siue apud hospitem notum, & discipulum, siue in conducto, quo in loco & matri Domini habitationem curabat, eique seruibat. Ita Augustinus, & refutarunt Caluinum etiam ipsi sectarii, inter quos Bullingerus. [Sed in qua lita matrem Domini Ioannes accepit? Non utique prædia, quæ nulla propria possidebat, sed officia quæ propria dispensatione exequenda curabat.] Hæc ille ex Augustino.

## VERSUS 31.

*Iudæi ergo (quoniam Parasceue erat) ut non remaneret in cruce corpora Sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.*

32. *Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo.*

## QVÆSTIO I.

*Cur ossa fracta?*

§. 1. **D**Eponere eos qui cruci affixi essent ante noctem lex iniebat. Deut. 21. 22. de quare dictum eo loco. Ea tamen 2. Reg. 20. 9. Nō videtur obser-

uata. Nec id Romanos fecisse constat, ut patet ex Lipsio, & nostro Gretsero de cruce. Quocirca hoc in gratiam Sabbathi petunt, ne maneat in cruce corpora, fiatque Sabbatho ad ea viuentia forte concussus, & curioforum atque inimicorum, atque etiam amicorum, & religio Sabbathi magni impediretur. Frangitur crura postulant, ne effugere possint, aut si aufertentur, viuere. Ita enim comminabant omnia, ut vitæ spes nulla esset. Vide Plinium l. 11. c. 45. Verum de crucifragio consuli possunt auctores à me nominati.

## VERSUS 34.

*Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua.*

## QVÆSTIO I.

*Quid sanguis & aqua?*

§. 1. **C**Aluinus naturaliter aquam & sanguinem fluxisse commemorat. Hallucinat os ait esse quosdam, miraculum hic fingentes. Naturale est enim dum coagulat sanguis, amillo rubore fieri aquæ similem.

Notum est etiam membranâ quadam præcordiis vicinâ aquâ contineri. Verum ista minoris momenti sunt, quam ut mouere nos debeant. Constat sanguineo, bilioso, Melancholico, Phlegmatico humore venas viuentium impleri, eorum vero in sanguine effuso fieri aliquam paulatim separationem. At vero in sanguine cadauerum, non nisi longo spacio id fieri solet. Nam in vasis naturalibus etiam vitæ euacuat diu feruatur integra sanguinis natura: quo experientia quotidiana nos edocet: non igitur iam sanguinis in corpore Domini facta fuit coagulatio, imo cum illa separatio humorum quæ apparet in sanguine post venæ sectionem sit corruptio, non est tribuenda sanguini Domini ne quidem iacentis in sepulchro. Sed vitæ caro eius non sensit corruptionem, ita nec sanguis. De membranula quam Caluinus recenset, fabulam esse existimant, nusquam enim in corpore bene constituto talia reperta sunt. Ex latere autem Christi foras sanguis & aqua effluxerunt, ut videri oculis etiam possent.

§. 2. Cum vero Scriptura sanguinem & aquam nominet, non debet animus cuiusquam tam esse à veritate alienus, ut coagulatum sanguinem interpretetur, qui calore perderit. Non enim vocatur sanguis & aqua, sed sanies, aut corruptus sanguis, nec aqua, nisi omnia liquida aquam vocare placeat, nec ideo cur pituita, aut biliosa potius aqua appellari debeat, quam cætera quæ *quæ* sunt, ut oleum vinum, albugo & vitellus oui. Quod si sanguis proprie dictus & incorruptus fluxit, colorem ille, cæteraque sanguinis propria retinuit. Aquam igitur pari modo proprie dictam, non corruptam saniem accipere oportet. Mysterium vero ductum sacramentorum fluxus inde, omnes Patres, & multi sectarii consentunt, Baptismi, & Eucharistiæ.

§. 3. Nec Catholici reprehendi debent, quod in sacrificio aquam vino misceant. Nam quod hic Caluinus calumniatur, quod etiam Rudolphus Gualteri argumentatur, non ideo miscendum vino aquam quod in cruce de latere Domini fluxerit. Alioqui posse sine pane sacrificium peragi. Nullam vim consequentiam panis in cena vltima, non in cruce fuit. Nos alia causa nitimur, sed tamen nec hanc reicimus. Maximè hinc probant veteres veram aquam, qualis in baptismo, & verum sanguinem. Cyprianus seu auctor de passione p. 487. De latere tuo fons egreditur in vitam æternam proficiens; & de eadem consubstantialisque originis, dicitur.